

cipes Europe, ipsi quidem ^(a) quandoque per se, per legatos autem semper, interfuerunt. imperator quoque Grecorum, qui nimis diuturno atque utinam non perpetuo scismate a nobis divisus est, insignem legationem hic continuam habuit, spe reconciliationis
 5 data; quodque magis mirum ^(b) est, etiam usque ex Ethiopia quidam privatim ^(c) ad tanti concilii famam venerunt ⁽¹⁾. nullum diuturnius fuisse certe ^(d) constat, ut quod iam triennio integro perseveraverit ^(e), nescio an ullum pro causa graviori convocatum, quippe ut tolleretur ante omnia hoc pestiferum scisma, quod iam ^(f) per
 10 .XL. ^(g) annos, clericorum favoribus studiisque nutritum, in consensum secularium et regum mentes ita irrepserat, ut propemodum sine spe perficiendi ^(h) tentata ⁽ⁱ⁾ sit Ecclesie reintegratio ^(k). vidit

l'assistenza di molti potentati d'Europa, e una legazione dell'imperatore greco.

Vennero perfino alcuni privati dall'Etiopia lontana.

Nessun concilio poi durò tanto,

né mai trattossi di argomento più grave dello scisma che da quarant'anni s'era insito nella Chiesa, talché il porvi rimedio apparve impresa quasi disperata.

Vide la Chiesa

(a) *V om.* quidem (b) *Mur.* rarum (c) *Mur.* privati (d) *Ar V* certo *Mur.* om. certe (e) *Ar V* perservavit *Mur.* perseveravit (f) *Ar V om.* iam (g) *Mur.* quadraginta (h) *B* proficiendi *G* proficiscendi (i) *B C G T* tenta (k) *Mur.* reintegratio

(1) Sono concordi gli storici nell'affermare che la moltitudine di persone che per motivi di varia natura si recarono al concilio, fu veramente grandissima. Secondo il computo dato da HEFELE-LECLERCQ (*Conciles*, vol. VII, parte I, p. 195), vi intervennero diciottomila persone; apprendiamo inoltre che l'arcivescovo di Magonza menò seco un seguito di cinquecento persone; e Ulrich von Reichental accenna alla presenza di millesettecento suonatori di tromboni e settecento cortigiane.

Ma se l'ambasciata de' Greci è attestata dalla presenza di Manuele Crisolora, non così è a dirsi della partecipazione degli Etiopi alle sessioni del concilio. Nel 1404, è vero, v'ha menzione di un'ambasciata di Etiopi presso Bonifacio IX a Roma (cf. P. PASCHINI, *Antonio Caetani* cit. p. 200), ma una rappresentanza ufficiale dell'Etiopia compare per la prima volta dopo il 1440 al concilio di Firenze. Il V., del resto, afferma che a Costanza trattavasi soltanto di persone private; e di ciò si può forse trovare la conferma nel seguente salvacondotto (Reg.

Vat. 352, c. 21 B), segnalatoci dal reverendo padre Mauro da Leonessa, vice-rettore del Pontificio Collegio Etio-pico:

Martinus &c. universis et singulis, ad quos presentes littere nostre pervenerint, salutem &c.

Cum dilecti filii, Petrus, Bartholomeus et Antonius, Ethiopes, exhibitores presentium et qui in partibus istis per menses plurimos, sicut accepimus, laudabiliter conversati, comitante pacis angelo, nunc ad propria redire proponant, Nos cupientes ut iidem Petrus, Bartholomeus et Antonius in reditu plena securitate gaudeant ac benigne ab omnibus pertractentur, Universitatem vestram et vestrum singulos presentium tenore requirimus et hortamur in Domino, subditis vero nostris injungimus et mandamus, quatenus Petrum, Bartholomeum et Antonium, Ethiopes prefatos, et eorum quenlibet cum sociis et bonis eorum omnibus per nostra et vestra territoria, passus, pontes, flumina et maria secure et libere in eundo, stando, et etiam redeundo absque reali seu personali molestia vel offensa transire permittatis, ac de receptu, scorta securoque transitu benigneque et humane tractationis affectu pie et humane pro nostra et apostolice sedis reverentia sic efficaciter providere curetis, quod vestra exinde devotio apud Nos et sedem ipsam valeat non immerito commendari, presentibus post duos annos a datum presentium computandos minime valituris.

Datum Constantie, Kal. Ianuarii, pontificatus nostri a. primo (1418).

B. de Montepoliciano.